Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 2205

Quelle:
Copyright:

buitur *Thomae de Haſelbach.* Ita Cl. *Pezius Diſſert. Iſag.* in T. I. *Theſ. Anecd.* p. 79.

II. *fol.* 34. p. 2. *Tractatus*, ut in calce, *de quatuor nouiſſimis. et de Tribus cuilibet proficere volenti valde neceſſarijs.* Incipit: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima* &c. *In hys verbis ſapiens duo facit* &c. et finit: *vt mentem ab oratione diuidat, et fructum orationis tollat.* Praeter *ſubſcriptionem* allatam ad calcem jacet ſequens *Metrum de Paſſione domini*, quod Oedipum praeſtolatur:

Clauiculis firmis theos antropos impos et yrmis
Figor ob infirmi coſmi delicta patir mi.

Autorem inter plures, qui de hoc Argumento tractarunt, non invenio.

III. *fol.* 72. *Tractatus Bernhardi de cura Domeſtica.* Inſcriptus: *Gracioſo ac felici inclito Reymundo domino Caſtri ſancti Ambroſij*, et jam memoratus alias. Videtur noviſſe Librarius, eum non eſſe *Bernardi Claraevall.* ſed *Silveſtri* Ep. *Carnotenſis;* omiſit enim in titulo ~~to~~ *Beati*, quod ſtatim in opuſculo ſeq. comparet.

IV. *fol.* 73. *Incipit Opuſculum beati Bernhardi De forma honeſte vite.* Incipit: *Petis a me frater mi kariſſime, quod nunquam et nusquam* &c. Extat inter Suppoſititia *Edit. Maur. Pariſ.* 1690. T. V. p. 794. f.

V. *fol.* 76. *Sequitur expoſicio Pater noſter edita per reuerendum Magiſtrum Hainricum de haſſia.* Inſcripta eſt: *Reuerendo in chriſto patri ac domino Domino ekardo* (de Derſch 1377 — 405.) *Epiſcopo Wurmacenſi*, et incipit: *Diuina ſapientia rebus communibus* &c. Subjuncta eſt ejusdem *Expoſitio Salutationis Angelicae* et *Symboli Apoſtolorum.* Illa incipit: *Aue maria. Procul dubio illam ſancte matris eccleſie* &c. Haec: *Credo in Deum patrem. Credo in deum et pura fide* &c. Poſtremam harum interpretationum jam alibi exhibuimus, ſed hic *Prooemium* trium paene columnarum, cujus initium dedimus, praecedit, quod ibi deeſt. Primae meminere *Pezius* in *Diſſ. iſag.* T. I. *Theſ. Anecd.* p. 77. et *Fabricii Bibl. med. et inf. Lat.* L. 8. Secundae eadem *Bibl. ibid.*

VI. *fol.* 96. p. 2. *Auguſtinus de contemptu mundi ad ſacerdotes et clericos.* Initium: *Audite fratres kariſſimi Salutifferam patris noſtri doctrinam* &c. Finis: *perbennes reddamus gratias ihesu chriſto domino noſtro, qui cum patre* &c. Comparet inter Sermones nothos in *Append.* T. VI. *Opp.* edit. *Maur. Pariſ.* 1685. *col.* 293. f.

VII. *fol.* 98. *Incipit Stimulus amoris beati Bernhardi abbatis Clareuallenſis.* Initium: *Ihesum nazarenum a Judeis innocenter condempnatum* &c. Cave, cum *Bonaventurae Stimulo Amo-*